

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9318

Auteur(s) : André de Vitré [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1173-1202]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

André de Vitré confirme le don du moulin de Champfleury.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 968, n° 291.

Éditions principales

a. LOBINEAU, Guy-Alexis, Histoire de Bretagne, composée sur les titres et les auteurs originaux, Paris, 1707, t. 2, col. 349.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° LXXXVI)

Texte d'après A

Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris quod ego Andreas Dominus Vitreii, concedentibus fratribus meis Alano, Roberto, Joscelino, pro salute anime mee antecessorum et successorum liberam penitus et quietam abbatie et monachis Savigneii atacheiam calceie molendini de Campoflorido et moltam omnium hominum qui ad prenomiatum molendinum ire voluerint exceptis illis hominibus qui michi moltam recidere tenentur. Statui etiam et firmiter precepi ut nullus baillivorum vel hominum meorum homines prenomiatos ad molendinum de Campoflorido euntes vel redeuntes aliquo modo impedire vel disturbare presumat. Insuper etiam dedi et concessi predictis monachis locum ad faciendum stannum et calceium in loco qui dicitur folia Andree juxta Faiel, quanta maqua ejusdem stanni in terra plana sive in bosco circum quaque poterit occupare. Deidi etiam eisdem monachi LX solidos andegavensium in molendinis meis de Chasteillon ita ut quique molendinos illos tenerit prefatos nummos absque aliquo impedinmento eis annuatim in festi Sancti Martini hiemali persolvat et X solidos andegavensium quos Herveus de Florieria vel heres ejus eisdem monachis reddet annuatim in predictos festi Sancti Martini pro domo que fuit Danielis de Booleria et est apud Vitreium in Boeriam. Abbas autem et monachi Savigneii pro his meis donacionibus michi fideliter concesserunt ut singulis annis ob memoriam anime patris mei matris mee et antecessorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum una pitancia generalis fierit in conventu de pane albo et vino et piscibus in festo Sancti Martini hyemali et una alia pitancia predictae similis pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum ac successorum meorum in die obitus mei annuatim eis monachis fierit. Ut igitur hec donacio rata et inconcussa in posterum permaneat presnetem cartam sigilli mei

auctoritate munire decrevi. Testibus Fulcone abbate Clarimontis, Willelmo abbate Savigneii, Andreé de Borgon, Rogero Britone monachis, Roberto de Vitreio, Roberto de la Gailola converso, Willelmo de Loheiac, Guidone Britone, Johanne Clerico et aliis multis.